

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Narratio comica de amicitia Damonis ac Pythiae**

**Omichius, Franciscus**

**Noribergae, 1617**

Actus V. Scena 1

[urn:nbn:de:bsz:31-138648](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-138648)

*Actus V. Scenar.*

Uxor DAMONIS.

Quid causæ esse suspicer, quòd tam diu domo abest maritus meus desideratissimus? neq; unquam ex quo abest, vel unum apicem ad me scripsit? Equidem scribendi officium non magnoperè requirem, modò illum benè valere, & benè rem gerere, mihi constaret. Nuper tabellarius quidam mihi nunciavit, illum in aula Syracusana vivere, & Regis Dionysii consiliarium esse. Quò nuncio sanè exhilarata, sed interim verita simul fui, ut maritus artem illam retinendi gratiam Principum satis calleat. Quod si diutius regali gratia fui liceret marito meo: nã ego me fortunatam judicarem, & splendidiore amictu ornata incederem: sicut aliæ honoratiores matronæ, pretiosis utuntur vestibus pelliceis, torquibus & armillis aureis, & reliquo mundo muliebri. Sed vitream ajunt esse fortunam, & cum maxime splendeat, frangi. Sic & ego paveo, ne regum favor, & aulæ conditio (quemadmodum serenum cælum) facile mutetur.

Verùm

Verum, quemnam ego procul adven-  
tantem conpicor? Profecto, nisi me ocu-  
li fallunt, maritus ipse est meus. Vos fa-  
muli atque ancillae, intus recte omnia cu-  
rate: & post me sequimini, ut herum ve-  
strum, charissimum maritum meum, re-  
ducem laeti excipiamus.

*Actus V. Scena 2.*

DAMON, UXOR DAMONIS, SYRUS  
SERVUS, PHILOXENUS & MENEDEMUS,  
UXORIS FRATRES: ALEXAN-  
DER ET PHILIPPUS  
AFFINES.

**I**ter quidem ad Lares paternos feliciter  
confectum est. Sed cum reditum cogi-  
to, animi angor. Neq; tamen illum sus-  
pendere aut intermittere salva fide pos-  
sum. Charum quidem corpus, chara vi-  
ta, chara uxor, soboles chara. Sed non mi-  
nus mihi charus est amicus tam fidelis, ut  
mea causa nervo etiam cervicem praebe-  
at. Egone illum negligam? egone dese-  
ram illum, qui me oculis ac vita sua chari-  
orem